POEMATIA SIVE LVSVS EXTEMPORANEI

Joanna Othonia

Digitized by Google

G 7978

G 7978

[redacted]IBLIOTHEEK GENT

[redacted]00178326

Digitized by Google

Poematia
sive lusus
extemporanei.
1617

Digitized by Google

Di la vent Sirra 12 X.^{bre} 1873
n. 192

R. 18351

POEMATIA SIVE LVSVS EXTEMPORANEI

IOANNAE OTHONIAE Poëtriæ Gandenſis, IOAN OTHONIS viri clariſſ. F. Viduæ GVLIELMI MAYART, in Prouinciali Conſilio Flandriæ quondam Aduocati.

Iſocrates

Ἐπέλαι τῇ ἀρετῇ σώζεσθαι
Εἰς τὸν πλείω χρόνον, ἢ Κακία.
Virtute diutius viuitur, quàm malitiâ.


ANTVERPIÆ,
Apud GVLIELMVM à TONGRIS
ſub ſigno Gryphi. M D C XVII.

POEMATIA
SIVE LVSVS
EXTEMPORANEI

IOANNAE OTHONIAE Poëtriæ Gandenſis, IOAN. OTHONIS viri clariſſ. F. Viduæ GVILELMI MAYAERT, in Prouinciali Conſilio Flandriæ quondam Aduocati.

Iſocrates

[illegible]
[illegible]
Virtute diutius viuitur, quàm malitiâ.



ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM à TONGRIS,
ſub ſigno Gryphij, [illegible].

OMNIBVS
REIP. LITTERARIÆ FAV-TORIBVS ET APOLLINIS, Muſarumq́ue Alumnis inclytæ Ciuitatis Antuerp.
L. M. DD.
IOANNA OTHONIA
GANDAVENSIS.

NE miremini Feminam viro, iuxta Philoſophum, multò imperfectiorem hos floſculos ex Aonidum horto collegiſſe: cũ & ipſas Muſas, Nymphas, earumque ſimiles noſtri ſexûs fuiſſe conſtet. Hos igitur vobis offero floſculos, vt, ſi vobis odor hic placeat, elegantiores legam: digitum enim, vt aiunt, ſolummodo in fontem mitto. Carpite, legite & fruamini, & hoc rarum carum efficiatis. Valete & fauete.

EPIGRAMMA
AD
IOANNAM OTHONAM
Poëtriam Gandenſem.

LESBI tergemino celebratur nomine Sappho;
Huc Sappho, aut Sapphus prodit OTHONA ſoror.
Poſthuma quam Latiæ decorabit fama loquelæ,
Quamque Deam Phœbus perpete laude canet.

Pangebat IOANNES FRARINUS *Pariſienſis Eloquentiæ Candidatus in Gymnaſio S. Auguſtini Antuerpiæ.*

ALIUD. Ad eandem.

MIROR, quî tantum munus Tibi credat Apollo:
Femina vix tanti muneris vlla capax.
Sicut apes variis è floribus optima libant:
Sic Tibi de libris commodiora legis.
Mente feror dubiâ: num ſit rediuiua Camœna?
Vel num certa domus Ganda ſit Aönidûm?

Ludebat IACOBUS HARTLIEB *Antuerp. Rethorices Studioſus apud P.P. Auguſt. Ant.*

ALIUD. Ad eandem.

TRES fuerint quondam CHARITES; iam reddita quarta
Eſt IOANNA; cui, quod tribus, omne decus.

Accinebat LUDOVICUS *Van* ROYEN *Crubecanus Rhetor in Collegio P.P. Auguſt. Antuerp.*

LVSVS

LVSVS EXTEMPORANEI

IOANNÆ OTHONIÆ

GANDENSIS.

Rectæ Inſtitutionis Encomium.

ODE LYRICA.

MAGNAE *diuitiæ, claraq́; ſtemmata,*
Et formæ decus optimæ,
Vires ingenuæ, firmaq́; corporis
Sani robora, dignitas
Excellens, gracilis forma, breui cadit
Momento, & perit; vt ſolent
Pulchra ex inſipidâ mala putredine:
Vera hæc eſſe tamen bona
Maior pars hominum credit. Et haud dari
Quicquam poſſe ſibi à Deo
Maius vel melius: ſic ſtupidum bono
Vulgus iudicio caret,
Et rerum penitus candida veritas
Illi concidit omnium.
Inſulsè vtilibus noxia præferens.
Nam naſci eſt aliquid bene;
Sed plus à teneris inſtitui bene.
Claris eſſe atauis ſatum,

autâ in re, columi viuere corpore,
  Magnum eſt; ſed (mihi credito)
Maius ingenuis artibus imbui,
  Nec non moribus optimis.
Illuſtri patre qui naſcitur inclytus,
  Illuſtrem merito ferunt;
Diſtortus tamen hic naſcitur ac miſer
  Correctoris egens ſui,
Qui inſtaurans reparet, damnaq́; ſarciat,
  Quæ natura dedit prius.
Robur corporis eſt vis temeraria.
  Nulli quam ſibi noxia.
Doctor ni melius conſilio bonum
  Naturæ faciat ſuo.
Argenti cumulus, gloria, dignitas
  Multis exitio fuit.
Formæ nil bonitas, grataq́; ſanitas,
  Prodeſt; cognitio ſui
Si deſit: monitor doctus & integer
  Dicto hanc morigeram dabit.
Quidue eſt Nobilitas ſi rudis, & fera
  Quàm ventoſa ſuperbia?
Virtus corporis eſt dedecus, haud decus,
  Diſciplina grauis niſi
Illius vitium temperet, & domet
  Conſtanti moderamine.
Naturæ ſiquidem fit melius bonum
  Curâ atq; arte coercitum.

Triſte eſt ergo bonum, quod (pia ni regat
Diſciplina) parit malum.
Ceſſans agricolæ ſedulitas, labor,
Cura, induſtria ſtrenui:
Nil terræ bonitas ſentibus undiq́,
Duris proderit obſita.
Curuas in teneris corrigit arbores
Ramis ruſticus impiger.
Sylueſtriſq́, nouus ſurculus arbori
Naturam alterat inſitus.
Immaneſq́, vides ſic quoq́, belluas
Mites arte docentium.
Naſci nil ſuperis profuerat parem
Ex matre Æacidem Dea:
Ni Chiron teneri moribus optimis
Præceptor pueri rudem
Ætatem, & mutilæ ſemina originis
Emendaſſet. Habet mala
Quædam occulta ſibi progenies bona,
Quæ doctrina fugat pia.
Nam cultu indiga mens, ſit licet optima
Firmo ſtare nequit loco.
Eſt natura tamen viribus integris
Summo à Numine condita
Omni ex parte nitens, integra, puraq́,
Vera in notitiâ Dei.
Sed lapſa eſt miſerè, & ſaucia concidit
Fœdo crimine perdita.

Et nunc ſubiaceat caſibus arduis
Omni ex parte miſerrima.
Noſtro progenies iudicio bona,
Diues, nobilis, inclyta
Diuinis ſolidæ perpetuò carens
Præceptis ſapientiæ,
Deformata manet, perdita, & horrida,
Deſperata malis ſuis.
Stultorum hæc igitur vox hominum eſt leuis
Qui nati bene gaudeant.
Pro quo nunc poteris dicere verius,
Qui docti bene, gaudeant.
Edoctum eſſe piè, & conſiliis regi
Cæleſtis ſapientiæ,
Æquales faciet Numinibus Duces,
Et patres patriæ ſuæ,
Edoctum eſſe piè, nobilitat viros
Obſcuro genitos loco,
Edoctuſque piè muneribus Dei
Rectè vti didicit ſui.
Ergo dum tener es, inſtitui bene,
Nil eſt, crede, beatius.

In Schola inſtitutio potior quam Domi.

Doctiloquis ſi thura voles incendere Muſis
Addictus Latijs, Argolicisq́; ſacris;
Si te Phœbus amat tibi ſi pia dogmata curæ,
Artibus & verè es deditus ingenuis.

Te

Te Schola delectet, cithara in quâ doctus Apollo
Aonidûm clarâ perſonat arte melos.
Illuc nam Charites, Aſtræaq́; virgo, Themiſq́;
Ab Ioue diuertunt, Caſtaliuſq́; chorus.
Vnda Caballino cadit iſthic fonte redundans.
Numine doctiloquo barbara labra rigans;
Hîc puero ſacræ fundent ſua dona Camœnæ,
Ingenio Phœbus lumina vera feret.
Sed nil te moueat puerorum turba, cohorſque:
Innocua eſt, expers labis, & inuidiæ.
Et veluti incultis hyacinthus creſcit in hortis,
Et violas inter denſa rubeta legunt:
Sic puerorum inter diſcentûm murmura ſæpe,
Serpere humi tacitè docta Camœna poteſt.
Concluſus patrio qui limine ſacra Camœnis
Ex Ioue prognatis thura adolere parat;
Auſoniamq́; domi, Graiamq́; addiſcere linguam,
Multa bonis ſtudiis damna parata tulit.
Sæpe rudis pater eſt, & blanda, & barbara mater,
In pueri vitio cæcus vterq́; ſui.
Excita perplexo ſtrepitu domus, atque tumultu
Eſt vario, ſua dum munia quiſq́; facit.
Multum parua animis teneris obſtacla nocebunt,
Nec meritum ſtudiis Turba dat vlla locum.

Ad Illaudatis moribus ſtudioſos, de moris inſolentia

QVi iuga Virginei ſcandunt Heliconis, amantq́,
Et Phœbi, & Charitum, Caſtalidumque decus.
Virtutem quoq́, ament, mores quo rite probati,
Artibus ingenuis conuenienter eant.
Non recipit molles ſtudiorum præſes Apollo,
Ore canit caſtos docta Thalia modos.
Quid iuuat inſuaui ſtudio macerare iuuentam?
Graiaq́, cum Latiis nectere verba ſonis.
Interea ſurſum te agitat Venus, atq́, deorſum,
Et decus ætatis carpit, & vrit Amor.
Quid iuuat Hiſtorias, iuuat aut legiſſe Poëtas?
Quid Plato, quid doctus tradat Ariſtoteles?
Dum mens impura eſt ſcelerum ſentina, maliſque
Nunquam ſe exonerans, nec ſua damna videns.
Otia cum ſequeris ſtudiis manifeſta relictis,
Tum tener occultè corda Cupido ſubit.
Indigna improbitas ſua habet compendia, præceps
In vitium lapſus noxia damna tulit.
Nam facilè à recto diuertit tramite, ſtulta
In teneris ætas, otia blanda ſequens.
Seq́, ibi tollere humo, famæ & delere lituras,
Virgineiſque iterum poſſe litare Deis.
Hoc opus, hic labor eſt: paucos ſic docta beauit
Calliope, paucos ſic pia Pallas amat.

Verſato

Verſato Hiſtorias, Latios verſato Poëtas,
Verſato quidquid lingua Pelaſga dabit.
Caſibus inuenies tragicis obnoxia ſemper,
Quæ Veneris dira filius arte ferit.
Euertit populos, & florentiſſima regna,
Græcum, & Romanum perdidit imperium.
Hinc puerum alatum, cæcum, nudumque Poëtæ
Fingunt, cuius habet picta pharetbra latus.
Ex quâ ſæua iacit, cùm vult, duo tela; ſed arte
Atque dolo, cæcum ſe, puerumque negat.
Neſcia mens in amore ruit, rationis habenas
Deſerit, & vitæ neſcit habere modum.
Dic quæſo quid agam? Veneris ſi filius arcu
Me miſerum inuadat? telaque ſæua paret?
Vapulet, & nudas pueri contundito coſtas,
Rumpe arcum, & forti frangito tela manu.
Numina ſynceri totâ vi cordis amato,
Et rogita ne te deſeruiſſe velint.
Nulla dies abeat, nox integra nulla recedat,
Quæ non ſit precibus facta ſonora tuis.
Sic ſæui effugies ſcelerata Cupidinis arma,
Palladis & docto murmure tutus eris.
Et te conſiliis ſapiens melioribus offer,
In tali eſt virus, non medicina, libro.

Documentum
De tempore.

Dignius vt nihil eſt precioſi temporis horâ,
Sic nihil vtilius temporis hiſtoriâ.
Tempore nil ſapientius eſt; docet omnia tempus,
Et Sol deliquiis abdita multa ſuis.
Temporibus parent immitia fata profanis,
Mutata & Regum ſæpius imperia.
Maxima pars hominum viuens in tempore neſcit,
Quid vita, aut tempus ſit, fuerit, vel erit.
ita hominum eſt tempus, tempus quoq; vita putatur;
Hac melius nihil eſt, hoc quoq; nil prius eſt.
ed perit ignauo precioſi temporis hora,
Qui dormit, viuens, & vigilans moritur.
ue itaq;, excuſſo peruoluito ſcripta veterno,
Diſcito quid iuuenem te, faciatq; ſenem.
es precio maior tempus tibi quolibet eſto,
Illius vt parcus, ſic quoq; diues eris.
c lege, quid tempus faciat, quod cuncta reuelat,
Sic precium vitæ non perit omne tuæ.

Studium Virginitatis.

Virginis ingenuæ vitam, moreſq; probamus,
Myſtica laudamus Palladis arma ſacræ.
d veluti Alcidem timidi, ignauiq; labores,
Romani eloquij Barbara turba Patrem:

Sic

Sic bona pars hominum ſimulatâ Virginitate,
Laruatæ nomen Virginitatis habent.
Corpore quæ virgo eſt, ſtudeat mente eſſe quod audit,
Et decus intactæ Virginitatis amet.
Hanc diuina regit cæleſtis lectio Verbi,
Hanc fulcit puræ Relligionis amor.
Virginitatis amor, ſtudiumq́; decuſq́; refulſit,
Ante mare, & terras, Angelicoſq́; choros.
Virginitatis amor, ſtudiumq́;, bonumq́; manebit,
Poſt mare, poſt terras, ſidera celſa poli.
Hæc nos alliciat, nec deſunt præmia, carnis
Dum peccatricis noxia damna fugit.
Dum flos ætatis ſtat formoſiſsimus almæ,
Et viret in molli pulchra iuuenta cute:
Noſtra Dei cum ſint habitacula pectora, paucos
Fallamus verâ Virginitate dies.
Quidnam quæſo vetat carnem nos morte domare?
Quando animus vitâ paſcitur æthereâ.
Nobilitas, & opes, præſtans & gloria formæ,
Doctrinæ & morum gratia rara ſimul;
Dona Dei ſunt hæc, vitæ ornamenta probatæ,
Nemo obſtacla piis mentibus eſſe putet.
Nam quod virtutis curſum remoratur, in ipſo
Eſt vitio, quod mens crimine preſſa gerit.
Quid vetat in membris vitiorum abſcondere mortem
Dum Chriſtus vera eſt, vita, ſaluſq́; tibi?
Non bona quæ docti dicunt externa, malorum
Sunt cauſa, aut animo noxia damna ferunt.

Nam

Nam quæcunque tenet tellus, cœlumque, fretumque,
Non malæ, ſed valde ſunt bona viſa Deo.
Verba igitur mihi nil didiciſſe Latina nocebit,
Nec doctè Græcos euoluiſſe libros.
Nec tibi de Regum Diuino ſtemmate naſci,
Quando ad virtutem hæc calcar habere queunt.
Nil præſtabilius quidquam, aut optatius illâ eſt,
Dona pudicitiæ dum pia corda ferunt.
Gratia ſynceri nobis donata pudoris,
Mundani ignarum pectus amoris agat.

Laus Vetetum Poëtarum.

Qvi ſtudet ingenuos mores perdiſcere celſâ
Virtute adiunctâ, & cum pietate decus.
Peruoluat veteres vates, doctoſq́; Poëtas
Inſignes, quantus Pindarus ipſe fuit.
Virgilius quantus, cuius tot laudibus artem
Effert Augustus carmine doctiloquo.
Quid Sophocles, Naſo, quid Flaccus, quidquid Homerus
Dicat, ſic quidquid tradat Ariſtophanes.
Virtuti ingenuè ſtudioſus repperit artem,
Hanc animus celſam Carminis egregij.
Vt laudet, bona quæ ſunt, prauaq́; deprimat arte
Ingenio clarus Palladis arma colens.
Omnes namq́; homines naturâ ſcire libenter
Sunt deſiderio, multaque ſcire volunt.

Non

Non noua ſic legito nimium, ſed laudibus effer
Nunc veterum Muſis dicta dicata ſacris.
Fata canunt laudes veterum, nil clarius vſquam
Vatibus antiquis, nam meliora nouis.

Super illud Pindari. ἁμέραι δ᾽ ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.

GRatia fert homini præclaro dulcis honorem
Magnum, vt ſublimi Pindarus ore refert.
Aſt extrema dies teſtis fortiſſimus: omni
Tempore ſic quidquam nil ſapientius eſt.

Laus Muſarum Caſtalidum Choro.

QVid faciunt Muſæ? præbent illuſtria multa,
Rebus in aduerſis magnanimoſque colunt;
Pernoctant, ſimul ac alias comitantur ad oras,
Vna & nobiſcum rura paterna colunt.
Exornant iuuenum mentes, triſtemque ſenectam
Exhilarant, ornant ſic quoque diuitias.
Delectantque domi, ſemper comitantur vbique,
Nec magno noſtris ſunt humeris oneri.
Anne putas quemquam, qui non ſit deditus illis,
Artibus, egregium ſic ſimul eſſe virum?
Capti quando eſſent multi in cuſtodiâ iniquâ
Hoſtium, & in duro quis fuit exilio:

POEMATIA SIVE LVSVS EXTEMPORANEI

IOANNAE OTHONIAE Poëtriæ Gandensis, IOAN. OTHONIS viri clariss. F. Viduæ GVILELMI MAYAERT, in Prouinciali Consilio Fland. iæ quondam Aduocati.

Isocrates

[illegible]
[illegible]
Virtute diutius viuitur, quàm malitia.



ANTVERPIAE,
Apud GVILIELMVM a TONGRIS,
[illegible]

OMNIBVS

REIP. LITTERARIÆ FAV-TORIBVS ET APOLLINIS, Muſarumque Alumnis inclytæ Ciuitatis Antuerp.

L. M. DD.

IOANNA OTHONIA

GANDAVENSIS.

NE miremini Feminam viro, iuxta Philoſophum, multò imperfe-ctiorem hos floſculos ex Aoni-dum horto collegiſſe: cũ & ipſas Muſas, Nymphas, earumque ſimiles noſtr ſexûs fuiſſe conſtet. Hos igitur vobis offer floſculos, vt, ſi vobis odor hic placeat, ele gantiores legam: digitum enim, vt aiunt, ſo lummodo in fontem mitto. Carpite, legite & fruamini, & hoc rarum carum efficiatis Valete & fauete.

EP

EPIGRAMMA
AD
IOANNAM OTHONAM
Poëtriam Gandenſem.

LESBI tergemino celebratur nomine Sappho;
Huc Sappho, aut Sapphus prodit OTHONA ſoror.
Poſthuma quam Latiæ decorabit fama loquelæ,
Quamque Deam Phœbus perpete laude canet.

Pangebat IOANNES FRARINUS *Pariſienſis Eloquentiæ Candidatus in Gymnaſio S. Auguſtini Antuerpiæ.*

ALIUD. Ad eandem.

MIROR, qui tantum munus Tibi credat Apollo:
Femina vix tanti muneris vlla capax.
Sicut apes variis è floribus optima libant:
Sic Tibi de libris commodiora legis.
Mente feror dubiâ: num ſit rediuiua Camœna?
Vel num certa domus Ganda ſit Aönidûm?

Ludebat IACOBUS HARTLIEB *Antuerp. Rethorices Studioſus apud P.P. Auguſt. Ant.*

ALIUD. Ad eandem.

TRES fuerint quondam CHARITES; iam reddita quarta
Eſt IOANNA; cui, quod tribus, omne decus.

Accinebat LUDOVICUS *Van* ROYEN *Crubecanus Rhetor in Collegio P.P. Auguſt. Antuerp.*

LUSUS

LVSVS EXTEMPORANEI IOANNÆ OTHONIÆ GANDENSIS.

Rectæ Inſtitutionis Encomium.

ODE LYRICA.

MAGNAE *diuitiæ, claraq́; ſtemmata,*
Et formæ decus optimæ,
Vires ingenuæ, firmaq́; corporis
Sani robora, dignitas
Excellens, gracilis forma, breui cadit
Momento, & perit; vt ſolent
Pulchra ex inſipidâ mala putredine:
Vera hæc eſſe tamen bona
Maior pars hominum credit. Et haud dari
Quicquam poſſe ſibi à Deo
Maius vel melius: ſic ſtupidum bonæ
Vulgus iudicio caret,
Et rerum penitus candida veritas
Illi concidit omnium.
Inſulsè vtilibus noxia præferens.
Nam naſci eſt aliquid bene;
Sed plus à teneris inſtitui bene.
Claris eſſe atauis ſatum,

Lautâ in re, columi viuere corpore,
Magnum eſt; ſed (mihi credito)
Maius ingenuis artibus imbui,
Nec non moribus optimis.
Illuſtri patre qui naſcitur inclytus,
Illuſtrem merito ferunt;
Diſtortus tamen hic naſcitur ac miſer
Correctoris egens ſui,
Qui inſtaurans reparet, damnaq́; ſarciat,
Quæ natura dedit prius.
Robur corporis eſt vis temeraria.
Nulli quam ſibi noxia.
Doctor ni melius conſilio bonum
Naturæ faciat ſuo.
Argenti cumulus, gloria, dignitas
Multis exitio fuit.
Formæ nil bonitas, grataq́; ſanitas,
Prodeſt; cognitio ſui
Si deſit: monitor doctus & integer
Dicto hanc morigeram dabit.
Quidue eſt Nobilitas ſi rudis, & fera
Quàm ventoſa ſuperbia?
Virtus corporis eſt dedecus, haud decus,
Diſciplina grauis niſi
Illius vitium temperet, & domet
Conſtanti moderamine.
Naturæ ſiquidem fit melius bonum
Curâ atq́; arte coercitum.

Triſte

Triſte eſt ergo bonum, quod (pia ni regat
Diſciplina)parit malum.
Ceſſans agricolæ ſedulitas, labor,
Cura, induſtria ſtrenui:
Nil terræ bonitas ſentibus undiq;
Duris proderit obſita.
Curuas in teneris corrigit arbores
Ramis ruſticus impiger.
Sylueſtriſq; nouus ſurculus arbori
Naturam alterat inſitus.
Immaneſq; vides ſic quoq; belluas
Mites arte docentium.
Naſci nil ſuperis profuerat parem
Ex matre Æacidem Dea:
Ni Chiron teneri moribus optimis
Præceptor pueri rudem
Ætatem, & mutilæ ſemina originis
Emendaſſet. Habet mala
Quædam occulta ſibi progenies bona,
Quæ doctrina fugat pia.
Nam cultu indiga mens, ſit licet optima
Firmo ſtare nequit loco.
Eſt natura tamen viribus integris
Summo à Numine condita
Omni ex parte nitens, integra, puraq;
Vera in notitiâ Dei.
Sed lapſa eſt miſerè, & ſaucia concidit
Fœdo crimine perdita.

't nunc ſubiaceat caſibus arduis
Omni ex parte miſerrima:
Noſtro progenies iudicio bona,
Diues, nobilis, inclyta
Diuinis ſolidæ perpetuò carens
Præceptis ſapientiæ,
Deformata manet, perdita, & horrida,
Deſperata malis ſuis.
Stultorum hæc igitur vox hominum eſt leuis
Qui nati bene gaudeant.
Pro quo nunc poteris dicere verius,
Qui docti bene, gaudeant.
Edoctum eſſe piè, & conſiliis regi
Cæleſtis ſapientiæ,
Æquales faciet Numinibus Duces,
Et patres patriæ ſuæ,
Edoctum eſſe piè, nobilitat viros
Obſcuro genitos loco,
Edoctuſque piè muneribus Dei
Rectè vti didicit ſui.
Ergo dum tener es, inſtitui bene,
Nil eſt, crede, beatius.

In Schola inſtitutio potior quam Domi.

Doctiloquis ſi thura voles incendere Muſis
Addictus Latijs, Argolicisq́, ſacris;
Si te Phœbus amat tibi ſi pia dogmata curæ,
Artibus & verè es deditus ingenuis.

Te Schola delectet, cithara in quâ doctus Apollo
Aonidûm clarâ perſonat arte melos.
Illuc nam Charites, Aſtræaq́, virgo, Themiſq́,
Ab Ioue diuertunt, Caſtaliuſq́, chorus.
Vnda Caballino cadit iſthic fonte redundans.
Numine doctiloquo barbara labra rigans;
Hîc puero ſacræ fundent ſua dona Camœnæ,
Ingenio Phœbus lumina vera feret.
Sed nil te moueat puerorum turba, cohorſque:
Innocua eſt, expers labis, & inuidiæ.
Et veluti incultis hyacinthus creſcit in hortis,
Et violas inter denſa rubeta legunt:
Sic puerorum inter diſcentûm murmura ſæpe,
Serpere humi tacitè docta Camœna poteſt.
Concluſus patrio qui limine ſacra Camœnis
Ex Ioue prognatis thura adolere parat;
Auſoniamq́, domi, Graiamq́, addiſcere linguam,
Multa bonis ſtudiis damna parata tulit.
Sæpe rudis pater eſt, & blanda, & barbara mater,
In pueri vitio cæcus vterq́, ſui.
Excita perplexo ſtrepitu domus, atque tumultu
Eſt vario, ſua dum munia quiſq́, facit.
Multum parua animis teneris obſtacla nocebunt,
Nec meritum ſtudiis Turba dat vlla locum.

Ad Illaudatis moribus ſtudioſos, de moris inſolentia

QVi iuga Virginei ſcandunt Heliconis, amantq́;
Et Phœbi, & Charitum, Caſtalidumque decus.
Virtutem quoq́; ament, mores quo rite probati,
Artibus ingenuis conuenienter eant.
Non recipit molles ſtudiorum præſes Apollo,
Ore canit caſtos docta Thalia modos.
Quid iuuat inſuaui ſtudio macerare iuuentam?
Graiaq́; cum Latiis nectere verba ſonis.
Interea ſurſum te agitat Venus, atq́; deorſum,
Et decus ætatis carpit, & vrit Amor.
Quid iuuat Hiſtorias, iuuat aut legiſſe Poëtas?
Quid Plato, quid doctus tradat Ariſtoteles?
Dum mens impura eſt ſcelerum ſentina, maliſque
Nunquam ſe exonerans, nec ſua damna videns.
Otia cum ſequeris ſtudiis manifeſta relictis,
Tum tener occultè corda Cupido ſubit.
Indigna improbitas ſua habet compendia, præceps
In vitium lapſus noxia damna tulit.
Nam facilè à recto diuertit tramite, ſtulta
In teneris ætas, otia blanda ſequens.
Seq́; ibi tollere humo, famæ & delere lituras,
Virgineiſque iterum poſſe litare Deis.
Hoc opus, hic labor eſt: paucos ſic docta beauit
Calliope, paucos ſic pia Pallas amat.

Verſato Hiſtorias, Latios verſato Poëtas,
Verſato quidquid lingua Pelaſga dabit.
Caſibus inuenies tragicis obnoxia ſemper,
Quæ Veneris dira filius arte ferit.
Euertit populos, & florentiſſima regna,
Græcum, & Romanum perdidit imperium.
Hinc puerum alatum, cæcum, nudumque Poëtæ
Fingunt, cuius habet picta pharethra latus.
Ex quâ ſæua iacit, cum vult, duo tela; ſed arte
Atque dolo, cæcum ſe, puerumque negat.
Neſcia mens in amore ruit, rationis habenas
Deſerit, & vitæ neſcit habere modum.
Dic quæſo quid agam? Veneris ſi filius arcu
Me miſerum inuadat? telaque ſæua paret?
Vapulet, & nudas pueri contundito coſtas,
Rumpe arcum, & forti frangito tela manu.
Numina ſynceri totâ vi cordis amato,
Et rogita ne te deſeruiſſe velint.
Nulla dies abeat, nox integra nulla recedat,
Quæ non ſit precibus facta ſonora tuis.
Sic ſæui effugies ſcelerata Cupidinis arma,
Palladis & docto murmure tutus eris.
Et te conſiliis ſapiens melioribus offer,
In tali eſt virus, non medicina, libro.

Doc

Documentum
De tempore.

DIgnius vt nihil eſt precioſi temporis horâ,
Sic nihil vtilius temporis hiſtoriâ.
mpore nil ſapientius eſt; docet omnia tempus,
Et Sol deliquiis abdita multa ſuis.
mporibus parent immitia fata profanis,
Mutata & Regum ſæpius imperia.
Maxima pars hominum viuens in tempore neſcit,
Quid vita, aut tempus ſit, fuerit, vel erit.
ta hominum eſt tempus, tempus quoq; vita putatur;
Hac meliùs nihil eſt: hoc quoq; nil prius eſt.
d perit ignauo precioſi temporis hora,
Qui dormit, viuens, & vigilans moritur.
ue itaq;, excuſſo peruoluito ſcripta veterno,
Diſcito quid iuuenem te, faciatq; ſenem.
es precio maior tempus tibi quolibet eſto,
Illius vt parcus, ſic quoq; diues eris.
c lege; quid tempus faciat, quod cuncta reuelat,
Sic precium vitæ non perit omne tuæ.

Studium Virginitatis.

VIrginis ingenuæ vitam, moreſq; probamus,
Myſtica laudamus Palladis arma ſacræ.
d veluti Alcidem timidi, ignauiq; labores,
Romani eloquij Barbara turba Patrem:

Sic

Sic bona pars hominum ſimulatâ Virginitate,
Laruatæ nomen Virginitatis habent.
Corpore quæ virgo eſt, ſtudeat mente eſſe quod audit,
Et decus intactæ Virginitatis amet.
Hanc diuina regit cœleſtis lectio Verbi,
Hanc fulcit puræ Relligionis amor.
Virginitatis amor, ſtudiumq́, decuſq́ refulſit,
Ante mare, & terras, Angelicoſq́ choros.
Virginitatis amor, ſtudiumq́, bonumq́ manebit,
Poſt mare, poſt terras, ſidera celſa poli.
Hæc nos alliciat, nec deſunt præmia, carnis
Dum peccatricis noxia damna fugit.
Dum flos ætatis ſtat formoſiſſimus almæ,
Et viret in molli pulchra iuuenta cute:
Noſtra Dei cum ſint habitacula pectora, paucos
Fallamus verâ Virginitate dies.
Quidnam quæſo vetat carnem nos morte domare?
Quando animus vitâ paſcitur ætherea.
Nobilitas, & opes, præſtans & gloria formæ,
Doctrinæ & morum gratia rara ſimul;
Dona Dei ſunt hæc, vitæ ornamenta probatæ,
Nemo obſtacla piis mentibus eſſe putet.
Nam quod virtutis curſum remoratur, in ipſo
Eſt vitio, quod mens crimine preſſa gerit.
Quid vetat in membris vitiorum abſcondere mortem
Dum Chriſtus vera eſt, vita, ſaluſq́ tibi?
Non bona quæ docti dicunt externa, malorum
Sunt cauſa, aut animo noxia damna ferunt.

EPIGRAMMA
AD
IOANNAM OTHONAM
Poëtriam Gandenſem.

LESBI tergemino celebratur nomine Sappho;
Huc Sappho, aut Sapphus prodit OTHONA ſoror.
Poſthuma quam Latiæ decorabit fama loquelæ,
Quamque Deam Phœbus perpete laude canet.

Pangebat IOANNES FRARINVS *Pariſienſis Eloquentiæ Candidatus in Gymnaſio S. Auguſtini Antuerpiæ.*

ALIVD. Ad eandem.

MIROR, quî tantum munus Tibi credat Apollo:
Femina vix tanti muneris vlla capax.
Sicut apes variis è floribus optima libant:
Sic Tibi de libris commodiora legis.
Mente feror dubiâ: num ſit rediuiua Camœna?
Vel num certa domus Ganda ſit Aônidûm?

Ludebat IACOBVS HARTLIEB *Antuerp. Rethorices Studioſus apud P.P. Auguſt. Ant.*

ALIVD. Ad eandem.

TRES fuerint quondam CHARITES; iam reddita quarta
Eſt IOANNA; cui, quod tribus, omne decus.

Accinebat LVDOVICVS *Van* ROYEN *Crubecanus Rhetor in Collegio P.P. Auguſt. Antuerp.*

LVSVS

LVSVS EXTEMPORANEI

IOANNÆ OTHONIÆ GANDENSIS.

Rectæ Inſtitutionis Encomium.

ODE LYRICA.

MAGNAE *diuitiæ, claraq́; ſtemmata,*
Et formæ decus optimæ,
Vires ingenuæ, firmaq́; corporis
Sani robora, dignitas
Excellens, gracilis forma, breui cadit
Momento, & perit; vt ſolent
Pulchra ex inſipidâ mala putredine:
Vera hæc eſſe tamen bona
Maior pars hominum credit. Et haud dari
Quicquam poſſe ſibi à Deo
Maius vel melius: ſic ſtupidum bono
Vulgus iudicio caret,
Et rerum penitus candida veritas
Illi concidit omnium.
Inſulsè vtilibus noxia præferens.
Nam naſci eſt aliquid bene;
Sed plus à teneris inſtitui bene.
Claris eſſe atauis ſatum,

Lautâ in re, columi viuere corpore,
Magnum eſt; ſed (mihi credito)
Maius ingenuis artibus imbui,
Nec non moribus optimis.
Illuſtri patre qui naſcitur inclytus,
Illuſtrem merito ferunt;
Diſtortus tamen hic naſcitur ac miſer
Correctoris egens ſui,
Qui inſtaurans reparet, damnaq́ ſarciat,
Quæ natura dedit prius.
Robur corporis eſt vis temeraria.
Nulli quam ſibi noxia.
Doctor ni melius conſilio bonum
Naturæ faciat ſuo.
Argenti cumulus, gloria, dignitas
Multis exitio fuit.
Formæ nil bonitas, grataq́ ſanitas,
Prodeſt; cognitio ſui
Si deſit: monitor doctus & integer
Dicto hanc morigeram dabit.
Quidue eſt Nobilitas ſi rudis, & fera
Quàm ventoſa ſuperbia?
Virtus corporis eſt dedecus, haud decus,
Diſciplina grauis niſi
Illius vitium temperet, & domet
Conſtanti moderamine.
Naturæ ſiquidem ſit melius bonum
Curâ atq́ arte coercitum.

Triſte eſt ergo bonum, quod (pia ni regat
Diſciplina) parit malum.
Ceſſans agricolæ ſedulitas, labor,
Cura, induſtria ſtrenui:
Nil terræ bonitas ſentibus undiq́ꝫ
Duris proderit obſita.
Curuas in teneris corrigit arbores
Ramis ruſticus impiger.
Sylueſtriſq́ꝫ nouus ſurculus arbori
Naturam alterat inſitus.
Immaneſq́ꝫ vides ſic quoq́ꝫ belluas
Mites arte docentium.
Naſci nil ſuperis profuerat parem
Ex matre Æacidem Dea:
Ni Chiron teneri moribus optimis
Præceptor pueri rudem
Ætatem, & mutilæ ſemina originis
Emendaſſet. Habet mala
Quædam occulta ſibi progenies bona,
Quæ doctrina fugat pia.
Nam cultu indiga mens, ſit licet optima
Firmo ſtare nequit loco.
Eſt natura tamen viribus integris
Summo à Numine condita
Omni ex parte nitens, integra, puraq́ꝫ,
Vera in notitia Dei.
Sed lapſa eſt miſerè, & ſaucia concidit
Fœdo crimine perdita.

Vi

't nunc ſubiaceat caſibus arduis
Omni ex parte miſerrima.
Noſtro progenies iudicio bona,
Diues, nobilis, inclyta
Diuinis ſolidæ perpetuò carens
Præceptis ſapientiæ,
Deformata manet, perdita, & horrida,
Deſperata malis ſuis.
Stultorum hæc igitur vox hominum eſt leuis
Qui nati bene gaudeant.
Pro quo nunc poteris dicere verius,
Qui docti bene, gaudeant.
Edoctum eſſe piè, & conſiliis regi
Cæleſtis ſapientiæ,
Æquales faciet Numinibus Duces,
Et patres patriæ ſuæ,
Edoctum eſſe piè, nobilitat viros
Obſcuro genitos loco,
Edoctuſque piè muneribus Dei
Rectè vti didicit ſui.
Ergo dum tener es, inſtitui bene,
Nil eſt, crede, beatius.

In Schola inſtitutio potior quam Domi.

Doctiloquis ſi thura voles incendere Muſis
Addictus Latijs, Argolicisq; ſacris;
Si te Phœbus amat tibi ſi pia dogmata curæ,
Artibus & verè es deditus ingenuis.

Te Schola delectet, cithara in quâ doctus Apollo
Aonidûm clarâ perſonat arte melos.
Illuc nam Charites, Aſtræaq́, virgo, Themiſq́,
Ab Ioue diuertunt, Caſtaliuſq́, chorus.
Vnda Caballino cadit iſthic fonte redundans.
Numine doctiloquo barbara labra rigans;
Hîc puero ſacræ fundent ſua dona Camœnæ,
Ingenio Phœbus lumina vera feret.
Sed nil te moueat puerorum turba, cohorſq́ue:
Innocua eſt, expers labis, & inuidiæ.
Et veluti incultis hyacinthus creſcit in hortis,
Et violas inter denſa rubeta legunt:
Sic puerorum inter diſcentûm murmura ſæpe,
Serpere humi tacitè docta Camœna poteſt.
Concluſus patrio qui limine ſacra Camœnis
Ex Ioue prognatis thura adolere parat;
Auſoniamq́, domi, Graiamq́, addiſcere linguam,
Multa bonis ſtudiis damna parata tulit.
Sæpe rudis pater eſt, & blanda, & barbara mater,
In pueri vitio cæcus vterq́, ſui.
Excita perplexo ſtrepitu domus, atque tumultu
Eſt vario, ſua dum munia quiſq́, facit.
Multum parua animis teneris obſtacla nocebunt,
Nec meritum ſtudiis Turba dat vlla locum.

Ad Illaudatis moribus ſtudioſos, de moris inſolentia

QVi iuga Virginei ſcandunt Heliconis, amantq́;
Et Phœbi, & Charitum, Caſtalidumque decus.
Virtutem quoq́; ament, mores quo rite probati,
Artibus ingenuis conuenienter eant.
Non recipit molles ſtudiorum præſes Apollo,
Ore canit caſtos docta Thalia modos.
Quid iuuat inſuaui ſtudio macerare iuuentam?
Graiaq́; cum Latiis nectere verba ſonis.
Interea ſurſum te agitat Venus, atq́; deorſum,
Et decus ætatis carpit, & vrit Amor.
Quid iuuat Hiſtorias, iuuat aut legiſſe Poëtas?
Quid Plato, quid doctus tradat Ariſtoteles?
Dum mens impura eſt ſcelerum ſentina, maliſque
Nunquam ſe exonerans, nec ſua damna videns.
Otia cum ſequeris ſtudiis manifeſta relictis,
Tum tener occultè corda Cupido ſubit.
Indigna improbitas ſua habet compendia, præceps
In vitium lapſus noxia damna tulit.
Nam facilè à recto diuertit tramite, ſtulta
In teneris ætas, otia blanda ſequens.
Seq́; ibi tollere humo, famæ & delere lituras,
Virgineiſque iterum poſſe litare Deis.
Hoc opus, hic labor eſt: paucos ſic docta beauit
Calliope, paucos ſic pia Pallas amat.

Verſato

Verſato Hiſtorias, Latios verſato Poëtas,
Verſato quidquid lingua Pelaſga dabit.
Caſibus inuenies tragicis obnoxia ſemper,
Quæ Veneris dira filius arte ferit.
Euertit populos, & florentiſsima regna,
Græcum, & Romanum perdidit imperium.
Hinc puerum alatum, cæcum, nudumque Poëtæ
Fingunt, cuius habet picta pharethra latus.
Ex quâ ſæua iacit, cùm vult, duo tela; ſed arte
Atque dolo, cæcum ſe, puerumque negat.
Neſcia mens in amore ruit, rationis habenas
Deſerit, & vitæ neſcit habere modum.
Dic quæſo quid agam? Veneris ſi filius arcu
Me miſerum inuadat? telaque ſæua paret?
Vapulet, & nudas pueri contundito coſtas,
Rumpe arcum, & forti frangito tela manu.
Numina ſynceri totâ vi cordis amato,
Et rogita ne te deſeruiſſe velint.
Nulla dies abeat, nox integra nulla recedat,
Quæ non ſit precibus facta ſonora tuis.
Sic ſæui effugies ſcelerata Cupidinis arma,
Palladis & docto murmure tutus eris.
Et te conſiliis ſapiens melioribus offer,
In tali eſt virus, non medicina, libro.

Documentum
De tempore.

DIgnius vt nihil eſt precioſi temporis horâ,
Sic nihil vtilius temporis hiſtoriâ.
mpore nil ſapientius eſt; docet omnia tempus,
Et Sol deliquiis abdita multa ſuis.
mporibus parent immitia fata profanis,
Mutata & Regum ſæpius imperia.
Maxima pars hominum viuens in tempore neſcit,
Quid vita, aut tempus ſit, fuerit, vel erit.
ta hominum eſt tempus, tempus quoq; vita putatur;
Hac melius nihil eſt: hoc quoq; nil prius eſt.
d perit ignauo precioſi temporis hora,
Qui dormit, viuens, & vigilans moritur.
ue itaq;, excuſſo peruoluito ſcripta veterno,
Diſcito quid iuuenem te, faciatq; ſenem.
es precio maior tempus tibi quolibet eſto,
Illius vt parcus, ſic quoq; diues eris.
c lege; quid tempus faciat, quod cuncta reuelat,
Sic precium vitæ non perit omne tuæ.

Studium Virginitatis.

VIrginis ingenuæ vitam, moreſq; probamus,
Myſtica laudamus Palladis arma ſacræ.
d veluti Alcidem timidi, ignauiq; labores,
Romani eloquij Barbara turba Patrem:

Sic bona pars hominum ſimulatâ Virginitate,
Laruatæ nomen Virginitatis habent.
Corpore quæ virgo eſt, ſtudeat mente eſſe quod audit,
Et decus intactæ Virginitatis amet.
Hanc diuina regit cæleſtis lectio Verbi,
Hanc fulcit puræ Relligionis amor.
Virginitatis amor, ſtudiumq́ue, decuſq́ue refulſit,
Ante mare, & terras, Angelicoſq́ue choros.
Virginitatis amor, ſtudiumq́ue, bonumq́ue manebit,
Poſt mare, poſt terras, ſidera celſa poli.
Hæc nos alliciat, nec deſunt præmia, carnis
Dum peccatricis noxia damna fugit.
Dum flos ætatis ſtat formoſiſsimus almæ,
Et viret in molli pulchra iuuenta cute:
Noſtra Dei cum ſint habitacula pectora, paucos
Fallamus verâ Virginitate dies.
Quidnam quæſo vetat carnem nos morte domare?
Quando animus vitâ paſcitur ætherea.
Nobilitas, & opes, præſtans & gloria formæ,
Doctrinæ & morum gratia rara ſimul;
Dona Dei ſunt hæc, vitæ ornamenta probatæ,
Nemo obſtacla piis mentibus eſſe putet.
Nam quod virtutis curſum remoratur, in ipſo
Eſt vitio, quod mens crimine preſſa gerit.
Quid vetat in membris vitiorum abſcondere mortem
Dum Chriſtus vera eſt, vita, ſaluſq́ue tibi?
Non bona quæ docti dicunt externa, malorum
Sunt cauſa, aut animo noxia damna ferunt.

Nam quæcunque tenet tellus, cælumque, fretumque,
Non malæ, ſed valde ſunt bona viſa Deo.
Verba igitur mihi nil didiciſſe Latina nocebit,
Nec doctè Græcos euoluiſſe libros.
Nec tibi de Regum Diuino ſtemmate naſci,
Quando ad virtutem hæc calcar habere queunt.
Nil præſtabilius quidquam, aut optatius illâ eſt,
Dona pudicitiæ dum pia corda ferunt.
Gratia ſynceri nobis donata pudoris,
Mundani ignarum pectus amoris agat.

Laus Veterum Poëtarum.

QVi ſtudet ingenuos mores perdiſcere celſâ
Virtute adiunctâ, & cum pietate decus.
Peruoluat veteres vates, doctoſq; Poëtas
Inſignes, quantus Pindarus ipſe fuit.
Virgilius quantus, cuius tot laudibus artem
Effert Auguſtus carmine doctiloquo.
Quid Sophocles, Naſo, quid Flaccus, quidquid Homerus
Dicat, ſic quidquid tradat Ariſtophanes.
Virtuti ingenuè ſtudioſus repperit artem,
Hanc animus celſam Carminis egregij.
Vt laudet, bona quæ ſunt, prauaq; deprimat arte
Ingenio clarus Palladis arma colens.
Omnes namq; homines naturâ ſcire libenter
Sunt deſiderio, multaque ſcire volunt.

Non

Non noua ſic legito nimium, ſed laudibus effer
Nunc veterum Muſis dicta dicata ſacris.
Fata canunt laudes veterum, nil clarius vſquam
Vatibus antiquis, nam meliora nouis.

Super illud Pindari. ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.

GRatia fert homini præclaro dulcis honorem
Magnum, vt ſublimi Pindarus ore refert.
Aſt extrema dies teſtis fortiſsimus: omni
Tempore ſic quidquam nil ſapientius eſt.

Laus Muſarum Caſtalidum Choro.

QVid faciunt Muſæ? præbent illuſtria multa,
Rebus in aduerſis magnanimoſque colunt;
Pernoctant, ſimul ac alias comitantur ad oras,
Vna & nobiſcum rura paterna colunt.
Exornant iuuenum mentes, triſtemque ſenectam
Exhilarant, ornant ſic quoque diuitias.
Delectantque domi, ſemper comitantur vbique,
Nec magno noſtris ſunt humeris oneri.
Anne putas quemquam, qui non ſit deditus illis,
Artibus, egregium ſic ſimul eſſe virum?
Capti quando eſſent multi in cuſtodiâ iniquâ
Hoſtium, & in duro quis fuit exilio:

Triſtia fata ſacris Muſis, ſtudijſq; benignis
Suſtinuerunt, & munere Caſtalidum.
Sic Cicero affirmat pro Archiâ rite Poëtâ,
Atq; Diogene hoc dicitur ingenio.
Quid magis eximium, tamq; exſpectatum, & amœnum
Hanc quam virtutem iam modo repperias?
In tenebris quæ non ſed in auribus omnium amœnis,
Atq; oculis hominum eſt condita perpetuò.
Vt vulgus videat quales Reſpublica firmas
Ipſa columnas ſic nutriat atq; colat.
Triſtia at erudiunt mentes, cautaſq; reponunt,
Nemo poteſt æquâ commoda mente pati.

Laus Perſarum Regum.

TAntum Perſarum Rex eminet omnibus, vt vix
Hunc præter poſsis Principem habere bonum.
Quem tantum ex ipſo dicant, natumq; priorem
Regis qui regno proximus eſſe poteſt.
Regius admonitor duo luſtra, & quattuor annos
Suſcipit hunc natum, & ſic ſimul inſtituit:
Quatuor aſt hi ſunt, ex tota Perſiâ amœnâ
Electi inſignes magnanimiq; viri.
Qui ſapit eximiè primus, iuſtiſsimus vnà
Et fortiſsimus, & temperat ingenuè.
Alter Regia cuncta docet præcepta, Deorum &
Cultum, virtutem diligat, atq; colat,

Corporis

Corporis vt nullis prauis affectibus vnquam
Victus ſuccumbat, tertius illa docet.
Intrepidum quartus reddit, firmatq́ue pauentem,
Ne timidus factus ſeruiat inſipidè.
Hæcce Plato recitat, cùm de naturâ hominis ſic
Terreni tales reddidit ore ſonos:
Cura fuit talis Perſarum, qui bene natos
Inſtitui curant, hi bene, pluſq́ue valent.
Iulius at Cæſar primus præclarus, & ingens,
Ipſe Monarcha fuit doctus in imperio.
Cùm dictaturam Romæ deponeret ipſe
Sylla, ait, & Muſas Sylla nec ipſe poteſt.
Nil nobis proprium prorſus, ſed ſunt aliena
Omnia, tantùm nunc tempora noſtra manent.

Pacis commoda.

P*Ax quid quæſo facit? pueros Muſasque in honore*
Seruat, virtutes addocet ingenuas.
Blanda quies claues bellorum comprimit atras,
Vt populus ſanctum pectore ſuſtineat.
At quid quæſo facit bellum, quid quæſo reponit?
Quod minime eſt bellum, furta, rapina colit.
Dulce quidem bellum multis commune remanſit,
Expertis vnquam ſæpe malum officium.
Exitio multis fera bella fuère ſerenis
Regibus, exemplar Nobile Principibus.

acte age fac bellum,vincas uirtute ſacratâ
Ingenio placido peßimum,& inſipidum.
ſt opus at bellum Satanæ,nam cum duo fratres
Primi eſſent,Fratri peßimus arma tulit.
Qui bona iuſſa Dei ſeruabat pectore puro,
Exercet mala ſic,nilq́; boni remanet.
acem diuinam,virtutem deniq́; celſam
Exerce ingenuè,& vince bono vitium.

CARMEN GRATVLATORIVM INSCRIPTVM

IOANNÆ OTHONIÆ

Viduæ Gvilielmi Mayart à Clariſſimo Viro Iacobo Yetzertio Poëta Laureato Gandaui.

ERgo etiam tandem poſitis immitibus iris
Te reducem patrio fata dedere ſolo?
Et tecum Charites,tecum rediere Camœnæ?
Et tecum Auſonij deliciæ eloquij?
Grata ades,in patria,lectißima fœmina,ſede,
Grata ades ô magno filia digna patre.
Cernis vt effuſi curſent per compita cœtus,
Cernis & in vultu lumina fixa tuos?
Cernis & erectæ corda exultantia Gandæ,
Quoſq́; tibi plauſus qualia vota ferat?

Quarta Charis, Muſiſq; nouem decima addita Muſ
Alteraq; à totâ diceris vrbe Venus.
Iure Charis, niueos cui condit Gratia mores:
Iure venus, venerem mellea lingua facit.
Iure etiam Aönidis adſcriberis una puellis,
Quæ molles numeros, aptaq; metra canis.
Magna quidem ſunt iſta, & in hoc rariſsima ſexu;
Cuncta tamen meritis inferiora tuis.
Fama tuas igitur dum perſonat inclyta laudes,
Me quoq; correptum iam noua vota trahunt.
Te laudo, veneror q; & docto in pectore veram
Protinus agnoſco, confiteorq; Deam;
Naturamq; in te certantem miror, & artem;
Æmula cui largas vtraq; fudit opes.
Iſta quidem didiciſſe aliorum dulce relatu eſt,
Creſcit & auditis laudibus ipſe fauor.
Si tamen & poteris, ne dedignare rogantem,
Maior erit tecum gratia poſſe loqui.
Poſſe loqui, & tibi noſtra dare, & tua verba referre
Et cupido doctos colligere ore ſonos.
Dulce erit æthereas voces haurire ſtupenti,
Oraq; ab eloquio pendula habere tuo.
Dulce erit has tetigiſſe manus, hos cernere vultus
Oraq; purpureis floridiora roſis.
Viuaceſq; oculos, & amœnæ frontis honorem,
Quæq; micat toto corpore ſparſa venus.
Deniq; dulcis erit tanti mihi fructus honoris,
Si molles aditus, ſi bona verba dabis.

acte age fac bellum,vincas uirtute ſacratâ
Ingenio placido peſſimum,& inſipidum.
Eſt opus at bellum Satanæ,nam cum duo fratres
Primi eſſent,Fratri peſſimus arma tulit.
Qui bona iuſſa Dei ſeruabat pectore puro,
Exercet mala ſic,nilq́; boni remanet.
Pacem diuinam,virtutem deniq́; celſam
Exerce ingenuè,& vince bono vitium.

CARMEN GRATVLATORIVM INSCRIPTVM

IOANNÆ OTHONIÆ

Viduæ Gvilielmi Mayart à Clariſſimo Viro Iacobo Yetzertio Poëta Laureato Gandaui.

ERgo etiam tandem poſitis immitibus iris
Te reducem patrio fata dedere ſolo?
Et tecum Charites,tecum rediere Camœnæ?
Et tecum Auſonij deliciæ eloquij?
Grata ades,in patria,lectiſsima fœmina,ſede,
Grata ades ô magno filia digna patre.
Cernis vt effuſi curſent per compita cœtus,
Cernis & in vultu lumina fixa tuos?
Cernis & erectæ corda exultantia Gandæ,
Quoſq́; tibi plauſus qualia vota ferat?

Quarta Charis, Muſiſq́; nouem decima addita Mu
Alteraq́; à totâ diceris vrbe Venus.
Iure Charis, niueos cui condit Gratia mores:
Iure venus, venerem mellea lingua facit.
Iure etiam Aönidis adſcriberis una puellis,
Quæ molles numeros, aptaq́; metra canis.
Magna quidem ſunt iſta, & in hoc rariſsima ſexu;
Cuncta tamen meritis inferiora tuis.
Fama tuas igitur dum perſonat inclyta laudes,
Me quoq; correptum iam noua vota trahunt.
Te laudo, veneror q; & docto in pectore veram
Protinus agnoſco, confiteorq́; Deam;
Naturamq́; in te certantem miror, & artem;
Æmula cui largas vtraq́; fudit opes.
Iſta quidem didiciſſe aliorum dulce relatu eſt,
Creſcit & auditis laudibus ipſe fauor.
Si tamen & poteris, ne dedignare rogantem,
Maior erit tecum gratia poſſe loqui.
Poſſe loqui, & tibi noſtra dare, & tua verba referre
Et cupido doctos colligere ore ſonos.
Dulce erit æthereas voces haurire ſtupenti,
Oraq́; ab eloquio pendula habere tuo.
Dulce erit has tetigiſſe manus, hos cernere vultus
Oraq́; purpureis floridiora roſis.
Viuaceſq́; oculos, & amœnæ frontis honorem,
Quæq́; micat toto corpore ſparſa venus.
Deniq́; dulcis erit tanti mihi fructus honoris,
Si molles aditus, ſi bona verba dabis.

recor vt facias, ô ſanctis grata Camœnis
miáea, ô ſexus floſque, decuſque tui.
bi contingat dignus te coniuge coniunx,
Qui rumpat vidui tædia longa thori.

OANNA OTHONIA

Supraſcriptæ Gratulationi reſpondet.

TAnta equidem fateor non ſum, Diuine Poëta,
In verſu quantum me tua Muſa facit.
nia qui numerat, numero Deus impare gaudet,
Quarta nec eſt Charitum, nec decima Aönidum.
quandoque ab amore bonus peruertitur ordo,
Sim tibi Calliope, tu mihi Phœbus eris.
tiri ſe quemq. ſuo modulo ac pede iuſtum eſt;
Sæpius auxeſin res tamen æqua tulit.
, tuas pleno laudes de pectore promam,
Non opus auxeſi, non opus arte mihi.
m tua Caſtalidûm ſapiunt ſic carmina fontem,
Vt mihi ſis doctæ filius Vraniæ.
rmanuſq. Lini vatum quo non fuit alter
Clarior, aut cultæ maior in arte Lyræ.
rs tua mortalis, non eſt mortale quod audes,
Mellifluo doctum carmen ab ore ſonas.
d miror, cum ſis fœcundi carminis auctor,
Te in ſterili noctes fallere poſſe thoro.

Sic tibi cùm à Diuis ſint plurima dona beatis;
Ex omni nemo parte beatus erit.

CARMEN NOBILIS VIR
DOMINI
D. BOISOTI
COLONIENSIS, INSCRIPTV
IOANNÆ OTHONIÆ.

ARte olim mirâ Venerem depinxit Apelles:
Mirata eſt doctam Græcia tota manum.
Non minus oſtendit noſter doctiſsimus artis,
Cùm factus magni eſt æmulus OTTHO *Iouis.*
Nam Iouis ex cerebro nata eſt Tritonia Virgo,
Huius ab ingenio ficta Minerua noua eſt.
Cum nobis doctam finxit mira arte IOANNAM,
Et decimam Muſis addidit Ille nouem,
Obſtupuit Phœbus, timidæ ſtupuêre ſorores,
Et ſtupet ipſe ſuum fictor, & auctor opus.
Inuida tunc Pallas terras, hominesq́; reliquit,
Virginis accepit virgo Poëta locum.
Quare age docta cohors caput huius cingite lauro,
Et IANAM *nunc pro Pallade thure colas.*

NOBILI, CLAR. VIRO
[C]AROLO VTENHOVIO
[P]oëtæ Laureato, de nominis ſui etymo Alluſio.

*[C]*AROLVS *à Caris manat ſermone Latino,*
Ab Charitum Graiis CAROLVS *amne fluit.*
[...]primum Franci nomen finxiſſe leguntur,
*[K]*ERLE *vocat fortem Francica lingua virum.*
[...] hoc Cæſaribus dignati imponere nomen,
[Q]uinq́; etenim celebres nominis huius habent.
[Lin]guarum quæ prima fuit כאר *paſcua,læta* Heb:Car
[D]ux gregis,aut Princeps primus in arte ſonat.
[...]tibi non caſu,ſed fato eſt CAROLE *nomen,*
[...]t fieri fruſtra nil pia fata ſinunt.
[Qu]od rarū eſt carum eſt,quod carū CAROLE *rarū eſt,*
[C]arum te doctis gratia rara facit.
[Q]ua mellifluo tinxerunt ora liquore
[P]egaſidos riui numina caſta nouem:
[...]minis vt virtus tibi maſcula ſuppetat,vt res
[V]erba habeant numeris æquiparata ſuis.
[...]nomen gentile tuum,te ducit ab Aula,
[I]udicis ad munus teq́; ſedere vetat.
*[VT]*ENHOVE:*ex Aula Flandrorum idiomate,ab horto*
[...]q́; foro:hæc tria vox vna eademq́; ſonat.

Sis

Sis licet ingenio Flandrorum idiomate, ab horto
Fluxerit ex Aula nobile ſtemma tibi.
Proq́; tribunali Flandris tibi ſederit olim
Præſes auus, ſummi conſiliјq́; decus:
Te tamen ex Aula ratio cognominis ipſa
Euocat, & ſocium te vetat eſſe fori.
Ne tua iuridicis perdatur gratia curis,
Adferat vt ſtudiis te pia Muſa ſacris.

De Auguſto Cæſare.

AVguſtus magnus terræ, & ponti moderator
Ad ſe cum Thracum Rex rediјſſet, ait.
Proditor arte placet, multum ſed diſplicet ipſe
Proditor, hæc inter fercula ſic retulit.
Non redolet priſcos Romanos, quæ modo, dicta eſt
Hæc ſententia, nec plurima puncta refert.
Rectior Auguſto & melior Romana poteſtas
Tunc, cum clauſa eſſet finibus eximiis.
Marcus Furius eſt viſus, contemtus ab ipſo
Proditor ipſe fuit, ſuppliciumq́; tulit.
Finiuit bellum permagnum contra Faliſcos
Acceptos rurſus ſub ditione ſua:
Fortiter adiuncta potius ſuccumbere cenſens
Virtute Auguſtâ ſanctius & melius.
Quam quod proditor hanc turpis victoriam amœnam
Suggeſſiſſet ei, dedecus inſipidum.

[T]alis erat quondam virtus præclara virorum
Magnorum robur maximum & egregium.
[D]e Marco id nobis memorandum nempe Camillo
Quem laudat fortem Plinius eſſe virum.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS GVILIELMI DVCIS IVLIACENSIS, CLIVENSIS & Montenſis Comitis Marchiæ & Rauenſteinij &c.

CLIVIACVS *triſtem metam cum maximus Heros*
Cerneret, & vitæ hic vltima ſigna ſua.
[T]riſtes ore ſonos, & verba nouiſsima dixit,
Sic tremula Princeps voce precatur opem.
[M]e Deus in terris cur diutius eſſe recuſat?
Cernere & hic operis facta ſtupenda ſui?
Antiquos reputans annos, ſuſpiria miſit
Vltima, nonne Deum hic cernere plus liceat?
[N]onne hominem rurſus potero ſociumq́; quietis
Aſpicere? ablata eſt nunc mea progenies.
Aſpiciens oculis cælum ſic voce vocabo,
Vim patior, laſſum ſuſcipe quæſo Deus.
[P]ro me Chriſte precor ſponde, me ſuſcipe Chriſte;
Tu mea vita, ſalus, tu anchora Chriſte mea es.

Præci-

Præciſa eſt mea vita mihi, vt textoris imago;
Triſtia ſic Parcæ nunc mea fila ſecant.
Vita mihi eſt mutata modò, vt tentoria paſtor,
Ex ſterili mutat paſcua ad alta loco.
Veſcitur æthereis nunc mens mea fructibus vſq́;,
Diuinoq́; alitur nectare & Ambroſiâ.

EPITAPHIVM.

CLIVIA celſa iacet, lugent iuueneſq́; ſeneſq́;,
Et lachrymas vulgus fundit inerme ſuas,
Plangunt ore ſimul proceres luctusq́; ſeniles,
Principis effundunt pectore Cliuiaci.
Illuſtris recubat Princeps, ſtudioſus amœnæ
Pacis, diuinum Principis ingenium.
Excelſus recubat tumulo nunc culminis inſtar
Armiger inſignis pondere Cliuiacus.
Ergo Cliuiacum ſemper ſopor vrget, amœnæ
Aſtrææ ſocium, germine perpetuum?
Incorrupta fides, virtus pia, nūdaq́; veri
Cui fuit hic bene mens, & pudor ingenuus?
Quando quæſo parem ſibi ſic modo Cliuia celſa,
Vllum hic inueniet? quis modus armigero?
Conditus ingenti tumulo licet inclytus Heros,
Virtute Auguſtâ hic viuere fata dabunt.
Fata canunt laudes, cœleſtibus indidit aſtris
Fatorum ſeries candida conſpicuum.

uite progenies ſimili virtute ſuprema
Auguſta ſic vt viuere fata ſinant.
Qui legis hæc ſimiles ſpectato hic Principis artes
Illuſtriſſimi, vt hic viuere fata ſinant.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS,

IOANNIS GVLIELMI, Ducis Iuliacenſis, Cliuenſis, &c.

FILII GVLIELMI. EPICEDION.

TRiſtes ore ſonos, & verba nouiſſima Princeps,
Exclamans tremula voce relictus ait.
O Libitina meos cur pallida claudis ocellos.
Efferriq́; meum corpus inane iubes?
Cur mihi difficilis fatum natura negauit
Patris? cur modò ſic perdita vita mea eſt?
Viuere poſt obitum ſupremaq́; funera dudum
Cur mihi per natos fata nefanda negant?
Triſtia fata iacent, vtinam mihi paruulus Aulâ
Luderet inſignis qui mea fata regat?
Non equidem captis mente aut deſertus haberer,
Nec quererer viduam progeniem eſſe meam?
Sed quid multa queror? ſi ſic modò fata reponant,
Dijſq́; placet ſuperis, cælica regna peto.

Viuite

ite felices Regni, nimiumq́; benignè
Participes noſtri, viuite pace bonâ.
le quies terræ, atq́; valete hic regna ſuprema:
Me meliora vocant, me Deus altus amat.
gna ſuprema placent nobis, Deus ille Deorum
Spes mea certa, ſalus, turris amica mihi eſt.

LARISSIMIS DOCTISSIMISQVE, VIRIS
IVSARVM MECOENATIBVS, in Vrbe Antuerpienſi.

ANnue virtutem cumulans præconia Pallas,
Et tu tela mihi fortia Muſa refer.
Quid vetat Heroüm celſas depingere mentes?
Geſtaque fœminea concelebrare cheli?
Nam veluti reliquis membris oculus cauet, vt non
Lædantur, bene ſed ſuſtineantur, agit:
Sic quoque ab inſidiis Heroës peſſima quæuis
Auertunt, miſero ne populo eueniant.
Otia nulla domi maneant, ſunt otia nulla
Naturæ, vt dixit magnus Ariſtoteles.
Omnipotens auctor naturæ eſt, nec ſinit ipſe
Res facere in cælis, otia nulla facit.
Qui docet ingenuas artes, dat ſigna ſcientis
Maxima, ſe doctè poſſe docere ſatis.
Nouimus vt cauſſas, tunc omnia ſcire putamus:
Hocce tamen multos ſcire iuuat melius.

Res ma-

Res magna eſt viciſſe alios: victoria maior
Eſt animi motus compoſuiſſe ſui.
Quin Sampſonis opus, virtutem extendere factis
Ante obitum: cecinit Pindarus ore ſenex.
Teſtari ſimul & ſeſe vixiſſe, nec omnem
Ætatem ignauis moribus afficere.
Turba frequens hominum præclara eſt: ſed tenuêre
Heroës celſi præmia clara ſibi.
Fortes naſcuntur ſic fortibus; ipſa columbam
Haud Aquila imbellem maxima progenerat.
Poſt magnos tandem virtus quæſita labores,
Cultorem ærumnis eximit innumeris.
Hanc ætas ſequitur fatis melioribus acta,
Adducens ſemper florida terrigenis.
Gratia eis remanet, virtutes propter amœnas,
Quas naturali munere diues habet.
Ter celebris, felix, celſa eſt ANTVERPIA, *doctus*
Bellerophontæis fons ibi manat aquis.
Celſos celſa canunt Diuini ſigna decoris;
Haud vſquam gemino talis in orbe latet.
Virtute auguſtâ fœlices exigat annos,
Viuat & æternos Vrbs opulenta dies.

AD CLAR. VIRVM RANCISCVM SWEERTIVM POETAM ET PHILOLOGVM.

BEllerophontæas cum Phœbus viſeret vndas
Laudauit Fontem, perplacuitq́; ſibi.
elices Muſas, dicebat fonte ſacrato,
Proſpera queis ſtupuit tanta tuliſſe Deos.
Nam ſi quis doctos guſtarit ritè liquores
Fit ſimilis Phœbo maior in arte Lyræ.
Quis Phœbum ſuperat? qui potat Bellerophontem,
Eloquio magnus, magnus & ingenio.
Magnanima virtute micans FRANCISCE Poëta
SVVEERTI atq́; ebrius hic Bellerophontis aquis.
Accipe ſed facilis cultu donata Latino
Carmina, quæ mittit Aöna IANA tibi.
Neſtoreos felix annos per ſæcula viuas,
Atq́; tuum Muſæ nomen ad Aſtra ferant.

CLA-

CLARISSIMI VIRI HENRICI VAN DER. GOE[illegible] THESAVRARII ANTVERP. EPITAPHIVM.

QVi legis hæc, non vana putes, nec diſſona verba
Gnara futurorum quæ tibi Fata canunt.
Quod fuit ante cinis coniunctâ Mente: remota hac
Mox in diſiunctis deſiit eſſe aliquid.
Cuncta ſuos repetunt ortus, Mens Aſtra reuiſit,
Vnde ſibi vitæ fluxit origo prius:
At tenerum vili concretum ex puluere corpus,
Haud longo rurſum tempore puluis erit.
Scilicet in cœli, terræq́, mariſq́ ruinâ
Hoc erit in ſicco puluere vita tibi.
Sic Chriſti in nobis victoria læta triumphat,
Vt moriens mortis ſpicula nulla ferat.
Æternæ mortis mors ſic eſt pulueris expers,
Vt referat vitam, quod fuit ante cinis.
Viue memor Lethi GOESAEO *funere lector,*
Æternùm vt viuat pulueris vrna tui.

ORNA

ORNATISSIMO DOMINO
GOTFRIDO BAVDISIO
LIGNICENSI SILESII.

FEmineo ſexu Muſas finxêre Poëtæ,
Virginis ingenium, laudat, amatq; Deus;
At ſimilis ſimili gaudet: ſic iunctus Apollo
Muſis, Aonidum Phœbus it ipſe comes.
Phœbus it ipſe Comes Muſis, ſociuſque ſacratis
Muſarum, differt ſic ſimilis ſimili.
Numina non Phæbo potiora, ſed eminet ipſe
Phœbus; ſic ſuperat vir mulierem & amât. Diaſtole.
Candida Fata canant laudes de pectore toto
BANDVSIE, *& ſancto ſidere viue diu.*

HONESTÆ MATRONÆ D.
IOANNÆ OTHONIÆ.

FEmineo verum eſt ſi Muſas ſyrmate pingi
Femina quid ſapiat non potiora viro.
Nam ſimili gaudet ſimile, & ſibi conſcia virtus
Tantum in cognatâ fœdera ſancit humo
Tantum idcirco magis maribus præ OTHONIA *docta es,*
Quam mage habet ſexus Numina propitia.

GOTFRIDVS BAVDISIVS
Lignicenſis Sileſius.

FINIS.

APPROBATIO.

POEMATIA IOANNÆ OTHONIAE Gandauenſis, tantò ſunt digniora quæ lucem adſpiciant quantò dignius elogium meretur præ ceteris eiuſdem ſexus, quæ illa cecinit. Vtpotè quæ facilè cuivis perſuadeat non abſque cauſa primos illos ſapientes ſtudiorum & humanitatis Præſides finxiſſe ex illo ſexu. Datum Antuerp. xx. Nouemb. M D C XVII.

L. Beyerlink
Archipresbyter, & libror. Cenſor Antuerp.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google